

Livio II, 32

[32, 1] Timor inde patres incessit ne, si dimissus exercitus foret, rursus coetus occulti coniurationesque fierent. Itaque, quamquam per dictatorem dilectus habitus esset, tamen, quoniam in consulum verba iurassent, sacramento teneri militem rati, per causam renovati ab Aequis belli educi ex urbe legiones iusserunt. Quo facto maturata est seditio. [2] Et primo agitatum dicitur de consulum caede, ut solverentur sacramento; doctos deinde nullam scelere religionem exsolvi, Sicinio quodam auctore iniussu consulum in Sacrum montem secessisse; trans Anienem amnem est, tria ab urbe milia passuum; [3] ea frequentior fama est quam cuius Piso auctor est, in Aventinum secessionem factam esse¹. [4] Ibi sine ullo duce vallo fossaque communitis castris quieti, rem nullam nisi necessariam ad victum sumendo, per aliquot dies neque lacesciti neque lacescentes sese tenere.

[5] Pavor ingens in urbe, metuque mutuo suspensa erant omnia. Timere relicta ab suis plebes violentiam patrum; timere patres residem in urbe plebem, incerti manere eam an abire mallent. [6] Quamdiu autem tranquillam quae secesserit multitudinem fore? Quid futurum deinde, si quod externum interim bellum existat? [7] Nullam profecto nisi in concordia civium spem reliquam ducere; eam per aequa, per iniqua reconciliandam civitati esse. [8] Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum et, quod inde oriundus erat, plebi carum. Is intromissus in

castra prisco illo dicendi et horrido modo nihil aliud quam hoc narrasse fertur²: [9] tempore quo in homine non ut nunc omnia in unum consentiant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerit, indignatas reliquas partes sua cura, suo labore ac ministerio ventri omnia quaeri, ventrem in medio quietum nihil aliud quam datis voluptatibus frui; [10] conspirasse inde ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. Hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipsa una membra totumque corpus ad extremam tabem venisse. [11] Inde apparuisse ventris quoque haud segne ministerium esse, nec magis ali quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemusque, divisum pariter in venas maturum confecto cibo sanguinem. [12] Comparando hinc quam intestina corporis seditio similis esset irae plebis in patres, flexisse mentes hominum.

[32, 1] Allora i senatori furono presi dal timore che, se fosse congedato l'esercito, di nuovo avessero luogo riunioni segrete e complotti. Perciò, quantunque la leva fosse stata ordinata dal dittatore, considerando tuttavia i soldati come legati ancora dal giuramento, poiché avevano giurato nelle mani dei consoli, col pretesto di una nuova guerra da parte degli Equi ordinarono di far uscire le legioni dalla città. Questo fatto affrettò la rivolta. [2] Si dice che dapprima abbiano pensato di uccidere i consoli, in modo da essere sciolti dal giuramento, ma resi edotti poi che con un delitto non si poteva in alcun modo estinguere un obbligo religioso, per consiglio di un certo Sicinio contro gli ordini dei consoli si ritirarono sul monte Sacro, che si trova al di là del fiume Aniene, a tre miglia da Roma; [3] questa versione è più diffusa dell'altra, sostenuta da Pisone, secondo cui la secessione sarebbe avvenuta sull'Aventino¹. [4] Qui, posto il campo senza comandanti né vallo né fossa, non prendendo altra cosa se non il necessario per il vitto, rimasero tranquilli alcuni giorni, senza recar molestia e senza essere molestati.

[5] Grande era lo sgomento in città, e gli animi di tutti erano sospesi per il reciproco timore. La plebe abbandonata dai suoi uomini temeva violenze da parte dei patrizi: i patrizi temevano la plebe rimasta in città, e non sapevano se desiderare che restasse o se n'andasse. [6] Fino a quando poi sarebbe rimasta tranquilla quella turba che aveva operato la secessione? Che cosa sarebbe avvenuto, se nel frattempo fosse sorta una guerra esterna? [7] Nessuna speranza davvero rimaneva se non nella concordia dei cittadini: questa doveva essere ristabilita in città a qualsiasi condizione. [8] Fu deciso dunque di mandare a trattare con la plebe Menenio Agrippa, uomo eloquente e caro al popolo, essendo di origine plebea. Questi introdotto nel campo si dice abbia fatto

semplicemente questo racconto, col primitivo e rozzo modo di parlare di quell'epoca²: [9] « Nel tempo in cui nell'uomo le membra non erano tutte in piena armonia, come ora, ma ogni membro aveva una sua facoltà di parlare e pensare, le altre parti del corpo, indignate che le loro cure, le loro fatiche e i loro servizi fornissero ogni cosa al ventre, mentre il ventre, standosene tranquillo nel mezzo, non faceva altro che godere dei piaceri a lui offerti, [10] fecero tra loro una congiura decidendo che le mani non portassero più il cibo alla bocca, la bocca non lo ricevesse, i denti non lo masticassero. Mentre con questa vendetta volevano piegare il ventre con la fame, esse stesse ad una ad una e il corpo intero furono ridotti ad un'estrema consunzione. [11] Di qui risultò evidente che anche l'ufficio del ventre non era inutile, e che era bensì nutrito, ma anche nutriva, restituendo per tutte le parti del corpo quel sangue, in virtù del quale viviamo ed abbiamo vigore, diviso ugualmente per le vene ed opportunamente trasformato dalla digestione del cibo ». [12] Con questo esempio, paragonando la sedizione interna del corpo all'ira della plebe contro i patrizi, riuscì a piegare gli animi.

Tac., *Ann.* III, 26-28

- [26] Vetustissimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere eoque sine poena aut coercionibus agebant. neque praemiis opus erat cum honesta suo pte ingenio peterentur; et ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. at postquam exui aequalitas et pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat, provenere dominationes multosque apud populos aeternum mansere. quidam statim aut postquam regum pertaesum leges maluerunt. hae primo rudibus hominum animis simplices erant; maximeque fama celebravit Cretensium, quas Minos, Spartanorum, quas Lycurgus, ac mox Atheniensibus quaesitores iam et plures Solo perscripsit. nobis Romulus ut libitum imperitaverat: dein Numa religionibus et divino iure populum devinxit, repertaque quaedam a Tullo et Anco. sed praecipuus Servius Tullius sanctorum legum fuit quis etiam reges obtemperarent.
- [27] Pulso Tarquinio adversum patrum factiones multa populus paravit tuendae libertatis et firmandae concordiae, creatique decemviri et accitis quae usquam egregia compositae duodecim tabulae, finis aequi iuris. nam secutae leges etsi aliquando in maleficos ex delicto, saepius tamen dissensione ordinum et apiscendi illicitos honores aut pellendi claros viros aliaque ob prava per vim latae sunt. hinc Gracchi et Saturnini turbatores plebis nec minor largitor nomine senatus Drusus; corrupti spe aut inlusi per intercessionem socii. ac ne bello quidem Italico, mox civili omissum quin multa et diversa sciscerentur, donec L. Sulla dictator abolitis vel conversis prioribus, cum plura addidisset, otium eius rei haud in longum paravit, statim turbidis Lepidi rogationibus neque multo post tribunis reddita licentia quoquo vellent populum agitandi. iamque non modo in commune sed in singulos homines latae quaestiones, et corruptissima re publica plurimae leges.

[28] Tum Cn. Pompeius, tertium consul corrigendis moribus delectus et gravior remediis quam delicta erant suarumque legum auctor idem ac subversor, quae armis tuebatur armis amisit. exim continua per viginti annos discordia, non mos, non ius; deterrima quaeque impune ac multa honesta exitio fuere. sexto demum consulatu Caesar Augustus, potentiae securus, quae triumviratu iusserat abolevit deditque iura quis pace et principe uteremur. acriora ex eo vincla, inditi custodes et lege Papia Poppaea praemiis inducti ut, si a privilegiis parentum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret. sed altius penetrabat urbemque et Italiam et quod usquam civium corripuerant, multorumque excisi status. et terror omnibus intentabatur ni Tiberius statuendo remedio quinque consularium, quinque e praetoriis, totidem e cetero senatu sorte duxisset apud quos exsoluti plerique legis nexus modicum in praesens levamentum fuere.

26. Gli uomini primitivi, ancora immuni da male passioni, vivevano senza commettere infamie nè delitti, e quindi senza castighi nè repressioni. Non c'era bisogno di ricompense, perchè la pratica del bene era istintiva; e, dato che nulla era desiderato contro il buon costume, nulla era vietato per timore³. Ma dal momento in cui scomparve l'accordo, e in luogo della moderazione e del pudore sopravvennero l'ambizione e la violenza, si stabilirono governi dispotici, e presso molti popoli sono rimasti per sempre. Altri, o subito o dopo che furono stanchi dei re, preferirono darsi delle leggi. Queste dapprima furono semplici, data la rozzezza degli uomini: e la fama ha reso celebri specialmente le leggi cretesi di Minosse, le spartane di Licurgo, ed in sèguito quelle, già più elaborate e numerose, degli Ateniesi, scritte da Solone⁴. Da noi, Romolo aveva governato a suo talento; poi Numa impose al popolo il freno della religione e delle

leggi divine, ed alcune norme furono introdotte da Tullo e da Anco. Ma Servio Tullio¹ fu il primo vero ordinatore delle leggi, alle quali anche i re dovevano ubbidienza.

27. Scacciato Tarquinio², il popolo, per difendere la libertà e rafforzare la concordia, si munì di molte garanzie contro le fazioni dei patrizi: si crearono i decemviri, ed attingendo alle legislazioni straniere quanto vi era di meglio³, furono composte le dodici tavole, ultimo frutto della concordia. Poichè le leggi che seguirono, anche se qualche volta furono fatte per punire i malfattori secondo il delitto, più spesso, causa la discordia delle classi sociali⁴, o per bramosia di onori illeciti o perchè si volevano bandire uomini illustri o per altri motivi disonesti, furono opera di violenza. Di qui i Gracchi ed i Saturnini⁵, perturbatori della plebe, e Druso⁶, non meno largo di concessioni a nome del senato⁷: ed i soci italici corrotti colle promesse o delusi con l'opposizione⁸. Neppure la guerra italica nè, subito dopo, la guerra civile⁹ impedirono di votare leggi numerose e contraddittorie; finchè L. Silla, dittatore¹⁰, abolite o trasformate le già esistenti, aggiuntene parecchie altre, impose una tregua in quel campo. Ma per breve tempo: chè ben presto vi furono

le proposte sediziose di Lepido¹, e poco dopo i tribuni riebbero piena facoltà di agitare il popolo a loro talento². Ed ormai le disposizioni pubbliche non furono più prese soltanto per i cittadini in generale, ma ebbero di mira singole persone³: e quanto più si aggravava la corruzione dello stato, tanto più numerose diventavano le leggi.

28. Allora Gn. Pompeo, eletto per la terza volta console coll'incarico di riformare i costumi, usò rimedi più pericolosi dei mali⁴; e, sovvertitore primo delle leggi da lui stesso create, perdette colle armi quanto colle armi cercava di difendere⁵. Da quel momento, per vent'anni vi fu continua discordia⁶: non buone usanze, non diritto; i peggiori delitti si commettevano impunemente e molte azioni oneste causarono rovina. Finalmente Cesare Augusto, console per la sesta volta, sicuro ormai del potere, abolì le disposizioni del triumvirato e diede una costituzione per la quale avessimo pace ed un signore assoluto. Da allora i vincoli si fecero più duri, e furono posti dei custodi, incoraggiati con ricompense, in forza della legge Papia Poppea⁷, a far sì che, se qualcuno rinunziasse ai privilegi di padre di famiglia, i beni vacanti divenissero patrimonio del popolo, quasi padre comune. Ma essi penetravano troppo in fondo nella vita privata dei

cittadini ed avevano in pugno Roma e l'Italia ed ogni luogo ove fossero cittadini; e molte fortune crollarono. Già il terrore minacciava tutti, quando Tiberio, a porvi rimedio, designò per sorteggio cinque consolari, cinque ex-pretori e altrettanti dal rimanente del senato, i quali, allentando in molti casi le strettoie della legge, apportarono per il momento un certo sollievo.

Livio IV, 3

[3, 1] Cum maxime haec in senatu agerentur, Canuleius pro legibus suis et adversus consules ita disseruit: [2] « Quanto opere vos, Quirites, contemnerent patres, quam indignos ducerent qui una secum urbe intra eadem moenia viveretis, saepe equidem et ante videor animadvertisse, [3] nunc tamen maxime, quod adeo atroces in has rogationes nostras coorti sunt, quibus quid aliud quam admonemus cives nos eorum esse et, si non easdem opes habere, eandem tamen patriam incolere? [4] Altera conubium petimus, quod finitimis externisque¹ dari solet – nos quidem civitatem, quae plus quam conubium est, hostibus etiam victis dedimus –; [5] altera nihil novi ferimus, sed id quod populi est repetimus atque usurpamus, ut quibus velit populus Romanus honores mandet. [6] Quid tandem est cur caelum ac terras misceant, cur in me impetus modo paene in senatu sit factus, negent se manibus temperaturos violaturosque denuntient sacrosanctam potestatem? [7] Si populo Romano liberum suffragium datur, ut quibus velit consulatum mandet, et non praeciditur spes plebeio quoque, si dignus summo honore erit, apiscendi summi honoris, stare urbs haec non poterit? De imperio actum est? Et perinde hoc valet, plebeiusne consul fiat, tamquam servum aut libertinum aliquis consulem futurum dicat? [8] Ecquid sentitis in quanto contemptu vivatis? Lucis vobis huius partem, si liceat, adimant; quod spiratis, quod vocem mittitis, quod formas hominum habetis indignantur; [9] quin etiam, si dis placet, nefas aiunt esse consulem plebeium fieri. Obsecro vos, si non ad fastos², non ad commentarios pontificum admittimur, ne ea quidem scimus quae omnes peregrini etiam sciunt, consules in locum

[3, 1] Mentre questi discorsi si tenevano in senato, Canuleio così parlò in favore delle sue leggi attaccando i consoli: [2] « Quanto, o Quiriti, i patrizi vi disprezzassero, quanto vi ritenessero indegni di vivere insieme con loro in una stessa città entro le stesse mura, già per l'innanzi spesso mi pareva di aver notato, [3] ma ora poi ne son certo, tanto fieramente sono insorti contro queste nostre proposte di legge, con le quali che cos'altro facciamo se non ricordare che siamo loro concittadini, e che anche se non abbiamo le stesse ricchezze, abitiamo tuttavia la stessa patria? [4] Con la prima legge chiediamo il diritto di connubio, che si suole concedere anche ai vicini e agli stranieri¹ (noi invero abbiamo concesso il diritto di cittadinanza, che è più di quello di connubio, anche ai nemici vinti); [5] con la seconda non proponiamo nulla di nuovo, ma chiediamo e rivendichiamo ciò che spetta di diritto al popolo, cioè che il popolo romano affidi le cariche a chi vuole. [6] Che motivo c'è in fin dei conti perché debbano metter sossopra cielo e terra, perché or ora sia mancato poco che mi aggredissero in senato, perché affermino che non esiteranno a ricorrere alla forza, e proclamino che violeranno un'autorità inviolabile? [7] Se viene concessa libertà di voto al popolo romano, in modo che possa affidare il consolato a chi vuole, e se non viene preclusa ai plebei degni della massima magistratura la possibilità di accedervi, questa città non potrà più reggersi? Sarà la fine per lo stato romano? E che un plebeo diventi console è la stessa cosa come dire che sarà console uno schiavo o un liberto? [8] Vi